Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28694
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



Martene Tom III. p. 1775 Thesaur. Anecdot.

4

Incipit plogus in uita sancti Emundi.

Excellentis ingenij et facunde facundie oratores, quos antiquos ac uiros memorabat illustrium, quociens eorum uirtutes et merita parabant ponere posteris ad exemplum. Laus quippe patrum filiorum emendat originem, et antiquorum dignitas presentibus adicit gloriam et honorem. Ideoque uetterum uestigiis inhientes in diuine laudis mirifica materia, beati emundi maiores memorabimus, primisque eiusdem ortum relatu iocundum memoria dignissimum describamus. Erant ei pene censu quidem et honore seculari mediocres, sed morum diuitiis et pietatis opibus non mediocriter habundantes. Pater ei reinhardus nomine cognomento diues anglico uocabatur idiomate, qui de censu diuitis seculo ualefaciens, in monasterio de eimsheim sub habitu regulari consumauit feliciter cursum uite. Mater uero uiri uirtute non inferior, cogitationi feminee masculinum animum inseruit, et in seculo non secularis uiuere, cum animi mollicie carnis illecebras ac penitus amputauit. Dicitur nunctione magistra, quod iudua que in delicis et uiuens est mortua, cum et alienis non nullis abstinuit, ut ab omnibus eet semper illicitis aliena.

Accinxit fortitudine lumbos suos, ferri uidelicet cingulo continentie, et cappam clausam deferens uestes recepit quas castitatis proposito non cernunt euenire. Et quia cordis puritate que sobrietas perpetue uigilias solet habere satagebat aquirere, monachorum abendonie uigilias uigilant solebat singulis ferie noctibus frequentare. Vt autem suum sincerius seruaret propositum in castitate corporis, domam curauit assidue duris discipline legibus tyrannicos motus carnis. Vnde contra carnales affectus armis mulieae ornamentum congruis se induit, cilicio uidelicet aspero quod carnis nuda calcaneorum tegere asueuit. Addidit et loricam ferream desuper quam fineteus carni sue portauit induindum, ut indumentum pilosum permeare ferro plus pungeret carnem ipsam. Intra loricam uero due lamine ferree, ad matris erant suppliciu. Quarum mater moriens, duos filios fecit heredes, emundum scilicet de quo intendimus et robertum. Hec igitur pseudo sciatis fama celebri, hoc epitaphio pro morte meruit honorari.

Hic tumulata iacet mabilia flos
Euiduarum. Explicit plogus. Incipit uita s. emundi

Ex tam pio patre et mire tam felici in presata uilla abbendonie, beatus emundus duxit originem, cum